Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26275
Copyright: Admont, Benediktinerstift



fratres eorum et aspiciunt beneficia ipsorum et dimissi sunt. Dispensator
domo iubente ioseph. Et cum introissent domum ioseph dederunt
ei munera quae portaverant in manibus suis. Et interrogavit eos
ioseph de salute patris eorum et ait: Quomodo valetudinem habet
senex pater meus de quo dixistis mihi? Et ait: Ecce pater noster
in pace est adhuc vivens. Et inclinantes se adorabant eum.
Et cum levasset oculos ioseph vidit benjamin fratrem suum
et ait: Ecce iste est frater vester de quo dixistis mihi? Et
ait benjamin: Deus misereatur tui fili mi. Et festinavit
ioseph quia commotus fuerat viscera super fratre suo
et quaerebat ubi flere posset. Et introiens cubiculum
flevit ibi. Et lavit faciem suam et egressus
continuit se et ait: Ponite panes. Et ministraverunt
ei seorsum et illis seorsum et aegyptiis qui
comedebant simul seorsum quia non licet aegyptiis
cum hebraeis panem comedere. Et sedebant
coram illo primogenitus secundum primogenitum
suum et adolescens secundum aetatem suam
et mirabantur homines ad invicem. Et
sumpserunt de ante faciem eius partes
et plus parte benjamin quinquies tantum
et biberunt et inebriati sunt cum illo.

De Edom

Et cum domum pervenissent omnia fratribus narraverunt quae audivit
frater eorum et dixit vade et videbo eum antequam moriar.
Et dixit deus ad iacob: Noli timere descendere in egypto quia
te in gente magna reducam inde. Surgens ascendit israel
cum omnibus quae habebat et venit ad puteum iuramenti
et immolavit victimas deo patris sui isaac. Et ait deus ad israel
per visionem nocte: iacob iacob. Et ait: Ecce ego. Et ait
deus ad eum: Ego sum deus patris tui. Noli timere descendere
in egypto quia in gente magna faciam te ibi. Ego descendam
tecum in egypto et ego ascendere faciam te hinc
et ioseph ponet manus suas super oculos tuos.
Et surgens iacob de puteo iuramenti
et tulerunt filii israel patrem suum iacob
et parvulos suos et uxores suas in plaustris
quae misit pharao ad portandum senem
et omnem familiam suam. Et tulerunt
pecora sua et omnem substantiam
quam acquisierant in terra chanaan
et venerunt in egypto iacob et omnis
cognatio eius cum eo filii eius et nepotes
eius filiae filiorum eius et omnem
cognationem suam adduxerunt
secum in egypto. Hi sunt nomina
filiorum israel qui ingressi sunt
in egypto iacob et filii eius.
Primogenitus iacob ruben.
Filii ruben hanoch et phallu et
hesron et carmi. Et fuerunt
omnes animae quae egressae
sunt de femore iacob septuaginta
duae. Et ioseph in egypto natus
est filii duo antequam veniret
pater eius in egypto. Et
fuerunt omnes animae domus
iacob quae ingressae sunt
in egypto septuaginta.
Et misit iudam ante faciem
suam ad ioseph ut
ostenderet viam
in terra gesen.
Et ascendit
ioseph